



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

LXIX. Relation über die von dem Propste Adam in der Pfarrkirche zu
Schinne i. J. 1296 errichtete Stiftung.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

LXVIII. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen dem Altare St. Stephani im Dome eine Hebung i. J. 1293.

Anno domini M^o. CC^o. nonagesimo III^o. Nos Otto et Conradus, dei gratia Marchiones in brandenburg, Recognoscimus tenore presentium publice protestantes, quod proprietatem III^{or}. fructuum domino Hermanno ad altare sancti stephani in ecclesia sancti Nicolai in Stendal donauimus, vt diuinus cultus ibidem amplius augeatur.

Diese in eigenthümlicher Form ausgestellte kleine Urkunde ist die vollständige Urschrift und von beiden Markgrafen besiegelt.

LXIX. Relation über die von dem Proppste Adam in der Pfarrkirche zu Schinne i. J. 1296 errichtete Stiftung.

Anno domini M^o. CC^o. XCVI^o. Adam prepositus Ecclesie stendalensis in villa Schinne vnum mansum, in quo ius quodcumque emerat proprietatis titulo, vnum chorum dari frumenti pro lumine habendo nocturnali in stendal in camera vicariorum et in dormitorio choralium. Predicto manso tandem desolato et deserto ab Illustri principe Domino marchione Ottone Brandeburgensi persoluta numerata pecunia emit et comparauit, ut predictus mansus accedente auctoritate venerabilis domini Halberstadenfis episcopi dotalis existeret perpetuo parochie dicte ville predicta luminaria ministrando. Et quia vicarius predictae parochie pertinentis ad scolastriam ecclesie stendalensis excolere non potuit, Wernerus, eiusdem ville tabernarius, eundem mansum excolendum suscepit, vt primo percepcionis anno soluat sex modios et filiginis et quintum dimidium modium tritici. Et secundo anno subsequenti vnum chorum orde et anno tercio vnum chorum et dimidium cum quinto dimidio tritici et hoc pacto quasi iure hereditario predictum mansum ab ecclesia stendalensi cum suis heredibus possidebit. Et de hoc pacto soluendo annis singulis omnem hereditatem, quam tempore contractus possidebat, fide media obligauit. Acta sunt hec Advocato existente Nobelino, subadvocato Wilhelmo Sechewich, ville villico in Schinne Thiderico, vicario domini Luderj scolastici ecclesie stendalensis existente Geueharo. De predicta autem pacta dimidium chorum soluet ad altare beate virginis, integrum chorum ad altare beati thome et de illo choro sunt luminaria ministranda.

Die Urschrift ist an mehreren Stellen durchlöchert.

LXX. Bischof Volrad von Halberstadt bestätigt dem Domstifte seine Besitzungen, am 26. Februar 1296.

Volradus, dei gratia halberstadenfis ecclesie Episcopus, Dilectis sibi in christo viris honorabilibus et discretis A. preposito, C. Decano Totique Capitulo stendalensis Ecclesie salutem in salutis auctore. — Sane petitio vestra nobis exhibita continebat, vt donationes honorum seu possessionum a principibus vobis factas pro animarum suarum remedio et salute vestreque Ecclesie commodo et quiete stabilire vellemus; verum cum nos Ecclesiam vestram stendalensem sincero semper affectu pro